



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De capitulo p[ro]phetæ Oseæ, & locutus sum, ait d[ominu]s sup[er]  
p[ro]phetas, & in manu p[ro]pheta[rum] assimilatus sum, qu[omodo]  
sancta trinitatis in istis p[atr]ibus assimilata fuerit, in Abraham ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

dare resurrectione contra illorum sectam siue haereticam opinionem. A iunt enim quod etiam si mortui non resurgent, nihilominus uera & firma sit sententia, non est deus mortuorum sed uiuorum, omnes enim ei uiuent. Quid enim? Nunquid Petrus & Paulus, quia nondum resurrexerunt non ei uiuent? Nonne cum in corpore essent, cupiebant peregrinari a corpore & praesentes esse ad deum, iecur ut uerius uiuerent? Haec quæstio difficultius soluere tur, si Sadducæi sic dicerent, non esse resurrectionem corporum, ut saltem spiritum siue animam post depositionem corporis uiuere faterentur. ¶ At illi neutrum fatentur. Hinc est illud in actibus Apolorum: Sciens autem Paulus, quia una pars est Sadducæorum, & altera Phariseorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Saducæos, & soluta est multitudine. Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem neque angelum: Pharisæi autem utrumque cōsidentur. Factus est autem clamor magnus, & surgentes quidam Pharisæorum clamabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quid si spiritus ei locutus est aut angelus? Igitur quia Sadducæi sic negabant resurrectionem corporum, ut nullam post corpora crederent esse uitam aiarum, pulchre et rationabiliter dominus sic afferuit, uitam esse post corpora, ut simul affereret esse resurrectionem corporum. Concesso namque, quod necessario concedi oportebat, dixisse deum, ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, pentathecum quippe Sadducæi suscipiebant simulque auctoritate sententia, quæ refelli non potest, non est deus mortuorum sed uiuorum, cōclusio sequens, esse resurrectionem mortuorum. Quia sicut inueniens, immo & impius est, dicere deum mortuorum, sic nihilominus absurdum est & impius, dicere deum semiuuorum siue deum semimortuorum, quod cōsequitur, si à uiuentibus animabus corpora non resurgunt.

**¶** De capitulo prophetæ Osee, et locutus sum ait dominus super prophetas, et in manu prophetarum assimilatus sum, quomodo sancta trinitas in ipsis patribus assimilata fuerit, in Abraham deus pater, in Isaac deus filius, in supplantatione Jacob deus spiritus sanctus. Caput .V.

**H**audare non sufficiamus uiros tam glriosos, secundum fidem parentes nostros Abraham, Isaac & Iacob: quibus tam multa fecit gloriam trinitas deus, ut sub nominibus eorum nomen suum designari dignaretur, pater & filius & spiritus sanctus. Qd non manifeste non potest portare mūdus. Reuera tres isti sunt prophetæ, de quibus maxime in Osee dixerit id est deus. Et locutus sum super prophetas, & ego uisione multiplicavi, & in manu prophetarum assimilatus sum. Dicendum ergo, quis breuiter, quod uel quibus rebus gestis in manu prophetæ Abraham, deus pater, & in manu prophetæ Isaac, deus filius, & in manu prophetæ Iacob, cooperante matre Rebecca, deus spiritus sanctus assimilatus fit. Abraham pater excelsus, Abraham pater multarum, subauditum gentium, interpretatur. Et quod pater ueraciter excelsus, nisi deus pater domini nři Iesu Christi, pater misericordiarum (ut ait Apolus) & deustotius consolatiōis. Et quis ueraciter pater multarum gentium, nisi idem deus per gratiam, pater omnium nostrorum ex quaenamque gente credentium? Hic antiqua sibi cōiunxit ecclesiam: Etenim ecclesia secundum fidem, ab initio usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi secundum carnem, cōiunxit eius extitit & hunc filium virgo fidelis, ex spū sibi cōceptū, illi peperit, lōgeā pmissum, diu expectatum. Nōne huic simile fuit, quod Abraham ex sterili cōtuge Sara, diu expectatū unigenitū Isaac in senectute suscepit? Denique in Sara, quod nomine interpretat principes, recte intelligit fides, cuius principatus a deo magnus est. Et in ancilla Agar, quod interpretat aduena, intelligit lex, quae prius in seruitute generauit, & nihil ad perfectum adduxit, quam nasceretur secundum carnem dei filius ex libertate fidei. ¶ Isaac risus interpretatur, & quis talis risus, ut est dominus noster Iesus Christus, dei filius? In nativitate & ante nativitatem illius Isaac, in nouissima promissione, riserunt ambo parentes eius: amplius autem mater, quae nato illo dixit: Risum mihi fecit deus. Quicunque audierit, corridebit mihi. Nō ne illud simile est huic, quod nato dei filio ex utero virginis, mater superna Hierusalem risit. Risit enim, id est, cantauit gloriam deo in excelsum, & cantando gaudium suum gaudium nostrum, & risum magnum hominibus bonæ voluntatis euangelizavit. Huic proprio filio suo deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & ex Rom. 8

E 4 abun,

z. Cor. 5  
Phil. 3.  
Sadducæi ne  
quaeras neque  
angelos uiue  
re putant  
Act. 23

Isaiae 40.10  
P. doceat tunc  
admodum

Osee. 7.2

Abraham, de  
um patrem li  
gnificat.  
z. Cor. 1

Sara

Heb. 7  
Isaac, deum fit  
liu præsignat  
uit.

Gene. 21

Lucas. 2

LVI. RUPER. ABBA. DE GLORIE. TIRNI.

**Gene. 22** Jacob deū spiritum sanctū præsignauit.

**Iohā. 11** Rom. 9  
Et quis sita supplantator, ut est spiritus sanctus? Nec enim inde cens est deo supplantationis uerbum, præfertim cum in Psalmo scriptum sit: Exurge de domine, præueni eam, & supplant a eum, subauditur populum Iudaicum, ut auferatur eis, & alijs detur, non solum illud quod per similitudinem timuerunt, dicendo, & uenient Romanii, & tollent nostrum locum & gentem: uerū etiam ea, quae illo, præcipua sunt, adoptia filiorū, & gloria & testamentum & legislatio, & obsequiū, & promissa.

**Item** de consilio Rebeccæ, quod ille ad utilem suscepit effectum, quod intelligimus in eo assimilatam esse spiritus sancti gratiam, & de vestibus valde bonis, quibus illū induit, & de versiculo psalmi, elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob quem dilexit,

Ca. VI.

Melior exercitatio Iacob q̄ Esau.

J. Tim. 4

Gen. 27

Vestes bona, quas iduit la cobcharisma ta sunt spiritus sancti.

J. Cor. 12.

Esau iudicū populū, la cob gentes p̄ signauit.

Psal. 46

Malach. 1



Gitur in consilio Rebeccæ, quod dedit filio suo Iacob, & ille ad utilem suscepit effectum, assimilatum esse recte intelligimus spiritum sanctum. In psalmo nanq; Rebeccæ in illo facto gratia spiritus sancti significat. In duobus filiis eius, quarum alter Esau factus est (ait scriptura) uir gnarus uenandi, & homo agricola: Alter autē Iacob, uir simplex habitabat in tabernaculo. Isaac amabat Esau, eo quod de uenationibus illius uesceretur, & Rebecca diligebat Iacob: Exemplum siue experimentum uerax fuit Apostolo, ut diceret scribens ad Timotheum: Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est & futuræ. Corporali namque exortatione se ipsum exercet Esau, & hæc illi sicut ad modicum fuit utilis, ut magno eiulatu flenti tandem diceret Isaac. In pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Quibus uerbis promissionē utique accepit solitus uitæ quæ nunc est. Porro pietas, in qua Iacob se ipsum exercebat, ad omnia utilis fuit. Promissionem habens uitæ quæ nunc est in his uerbis: de tibi deus de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti uini & olei: Promissionem autem uitæ futuræ in his quæ sequuntur. Et servis ant tibi populi, & adorat te tribus. Esto dominus fratrū tuorum, & incurruent ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Tali nanq; benedictione CH R I S T V S, qui est uitæ æterna, nasciturus promitterebatur de semine eius. Quod uel quale fuit illud consilium Rebeccæ cū Iacob, in quo supradiximus assimilatum fuisse spiritum sanctum. Nunc ergo acquiesce filiū consiliis meis, & cetera: usq; & uestibus Esau ualde bonis, quas apud se habebat domi, induit eū. Vestes illæ valde bona, uestes erant sacerdotales: quas ideo scriptura uestes dixit Esau quia primogenitus erat: sed Rebecca illum tali functione dignum non esse sciebat. Secundum mysterium, uestes, cum quibus benedici oportebat filium dignum, sunt illa charisma ta spiritus sancti, quæ ante commemorauimus ex epistola Pauli apostoli, sermo sapientiae, sermo scientiae, fides, gratia sanitatum, operatio uirtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum. Vestes huiusmodi habebat & habet apud se domi, secundum similitudinem Rebeccæ, gratia spiritus sancti. Quomodo apud se dominum. Ut tiḡ in potestate dandi siue dividendi, sicut protinus ait idem Apostolus. Hæc autē opera tur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Et primum quidem charismata haec diuisit, prout uoluit, electi illius populi Israeliticæ: deinde uero & electioni gentium, facta commutatione secundum similitudinem illorum geminorum, sicut & in Psalmo scriptum est: Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob quem dilexit. Hæc enim dicens, mittit nos ad hanc historiam. Quia sicut Esau, qui prior natu erat, adeo reprobatus est, & Iacob dilectus: sic Israeliticus populus, qui prius quadam familiaritate deo acceptabilis erat, postmodum est rejectus: gentes uero, quæ nullam eius cognitionem in primis habuerant eius benedictionem meruerunt uel receperunt, hoc est, quod dicit speciem Iacob, id est, secundum similitudinem Iacob quem dilexit. Esau autem, ait ipse in Malachia, odio habui.

De charismat